



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Pugnacitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## DE VESPA. CAP. XXVII.

De Vespa  
Plin. l. 11. c.  
cap. 21.

**A**pu'd Horum legas Vespam ex corrupto Crocodili sanguine, vel ex ejus cadavere procreari. Nostri ex Equino eam cadavere nasci volunt.

## PERNICIES SUMMOTA. CAP. XXIX.

**U**t cumque, Vespa cum apud Aegyptios corruptum ostenderet Crocodilum, eadem ratione perniciem summotam extinctamque significabat: quando, uti suo commentario dictum est, ex Diodoro, Crocodilus & mala & ærumnosa mortalibus illata demonstrat.

## PUGNACITAS. CAP. XXX.

**C**æterum Philosophi vetustiores pugnacitatem per hanc innuere videbantur. Nam & Equus, & ex cujus corrupto sanguine Vespa oritur, belli est indicium, ut suo commentario probatum. Et quod ad hanc facit pugnacitatem, Demosthenes, ut apud Stobæum *ἀπὸ διογενὸς ματρηῶν*, Antisthenem ait aliquando ad Diogene correptum, ut qui exili admodum voce homines castigare, respondisse: *Vespa itidem sonum haud magnam alis excitare, aculeum tamen acerrimum habere.* Quare apud Æneam philosophum Platonicum, Exitheus dum Theophrasti dicta diluit, si quæ ille opinabatur vera essent, *Vespa*, inquit, *item Hector colligabitur*, ambo enim caput varia galea redimiti sunt, ac perinde pugnacissimi. De galea ad id alludit quod Homerus Hectora



Agitatorum  
galea. Illi-  
ad. l. 3. vers.  
314.

Malva ve-  
spis adver-  
sa

Sermo ma-  
ximum est  
furoris an-  
tidotum &  
remedium.

subinde *κορυθαίολον* vocat. Et mulierum chorus apud Aristophanem, Lyfistrate, quieturum se dicit, nisi accesserit aliquis, qui tanquam Vespam examen fodicare se, vel irritare aggrediat. Atque hæc omnia nostra sunt. Sapientia enim 12. habemus: *Misisti antecessores exercitus sui Vespam, ut illi paulatim exterminarent.* Importunum forte cuiquam videatur, si *κὴ παρρησιον* remedium subiecero contra hanc Vespam pugnacitatem, sed enim quod utile vel commodum plerisque futurum est, nunquam ego judicaverim importunum. Bellicoso mollis opponitur. Malva oleris genus, à molle-  
punctus jam fuerit, ejus herba succo, aut contusis & impostis foliis sanatur, apertissimo nobis documento, ut cum res nobis cum furioso fuerit, lenitatem amplectamur, quoque acerbioribus verbis excanduerit, nos mitioribus responsis ignem extinguere procuremus, illius dicitur memores, *μέγιστον ὄσιν ὀργῆς Φάρμακον ἴδρυς*.

## IMPERFECTI MORES CIVILES, CAP. XXXI.

**P**lato, Phædone, eos qui popularem civilemque virtutem, quam temperantiam aut justitiam nuncupant, exercuissent, non eam quidem ex doctrina Philosophorum, atque ex eorum sententia descriptam, sed ex consuetudine quadam exercitationesque ad aliorum exemplum acquisitam, perhibitum in Vespam, Apumve, aut Formicarum genus migrare contendit: his enim omnino aliquid natura dedit, quod civilis gubernationis similitudinem quandam præ se ferat: nam & ipsæ collegia celeberrant, tribusque & centurias distinguunt, habitationesque sibi construunt magnificentissimas, in quibus cellæ favorum in morem sexangulæ omnes. Sed Apum texta metam quædam propemodum formas imitantur, Vespam castra potius sunt, & Mausolea, orbiculari ambitu, tabulatis super altera alteris aggestis. Hujusmodi fabrica mirifice constructa, cum Belluni essem, ad me allata est ex eorum justam sylvæ solitudine. Septem sunt concamerationum orbis, alter super alterum duorum digitorum intervallo impositi, pilarum columellarumque interstitio distincti, ut unicuique commodum

Vesparum  
habitationes  
mirifice  
constructa